non completa complenda, Citatus existens memoratus
Recognoscens Nobilis Andreas Chłopecki, sive eius
Successores, ad instantiam praefati Nobilis Petri Hoszo=
wski obligatarii sui vel eius Posterorum ad Officium
praesens Castrense Capitaneale Praemisliense, ex tunc
recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat me-
diante, semper in primo Citationis Termino, tanquam
peremptorio stare, Juri parere, respondere, Vadium
praefatum Luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac
omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac
suos Successores ad eadem omnia inscribit et obli-
gat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium
et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Ter-
minos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maio-
ri minorennitate Successorum, legatione intra vel ex-
tra Regnum servitio militari ad munimenta ad Equi-
strem vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus
impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea
Ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanea-
lis Praemisliensis Terminos Dillationem sibi non reci-
piendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum pro-
secutionem faciendo, ac praemissa omnia Paenis simplicibus
vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalis Ju-
ris, praescriptione Terrestri, bello, Conventioneque ac
aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfu-
giendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua prae-
senti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante

BACZYNSKI CONSORTI REFORMAT & STATUET EANDEM

1838

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesen[ti]bus
Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis
Alexander Baczynski, olim Nobilis Timothei Baczynski,
cum Nobili Anna Jaworska Consorte eius legitima procre-
atus Filius, sanus mente et corpore existens, a Terris
757 Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis
propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Ca-
strensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad
Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac Bonis suis
generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando
atque subiiciendo palam, libere, publice ac per expressum
recognovit. Quia ipse Nobili Annae Podhorodecka Nobi-
lis Hrehorii Podhorodecki, cum Nobili Catharina Turzan-
ska Consorte ipsius procreatae Filiae, sui vero Recogno-
scentis Consorti legitimae, eiusque Posteris, Summam Septu-
aginta Quinque Florenorum Polonicalium, ratione veri do-
tis et expeditionis post ipsam acceptae, et in domum suam
importatae; nec non aliam similem Summam Septuaginta
Quinque Florenorum Polonicalium, ratione certi veri in-
siti et liquidi dotalitii, in et super tota et integra medie-
tate Bonorum suorum generaliter omnium haereditario-
rum et obligatoriorum, mobilium et immobilium, Summa-
rumque quarumvis pecuniariarum, nec non auri, ar-
genti, clenodiorum, Unionum margaretarum, vestium
vestimentorum, stanni, aeris, cupri, orichalci pecorum
peculium, equorum equiree ac totius supellectilis do-
mesticae, nunc habitae et in post habendae, dedit, dota-
vit, dotalitiavit, inscripsit, et reformavit, prout dat,
dotat, dotalitiat, inscribit et reformat praesentibus.

Per ipsam Nobilem Annam Podhorodecka, sui Recogno-
scentis Consortem Legitimam, et ipsius Posteros eandem
medietatem Bonorum suorum generaliter omnium, cum Vni-
versis ipsis Vtilitatibus et vsufructibus competentiaque et
prarogatiua quavis, tenendi habendi, et possidendi illiq
quiete et pacifice vti fruendi, ad vsusque suos, et suo-
rum successorum quosuis bene placitos Libere et effe-
ctualiter conuertendi, vigore ac more aliarum Refor-
mationum hactenus et alicubus in Regno Poloniae obser-
uari solitarum. Nihilominus isdem Recognoscens
Nobilis Alexander Baczynski, se suosque Successores
in et super Bonis suis generaliter omnibus, Summisque
pecuniariis quibusuis habitis et habendis, suprascri-
ptis Nobilibus Hieronimo Podhorodecki et Catharinae
Turzanska Coniugibus Legitimis, eorumque Posteris
inscribit et obligat praesentibus, supramemoratam Nobilem
Annam Podhorodecka, sui Recognoscentis Consortem
Legitimam, cum personali sui assistentia, vel in euentu
mortis Successores illius, ad abrenunciandum de Bonis
Paternis et Maternis, eandem in vim dotis et expeditio-
nis Legitime concernentibus, ad Acta quaevis Authen-
tica Regni vim perpetuitatis in se habentia intra decur-
sum dimidii Anni adducere et personaliter statuere, ab
eaque vel eius Successoribus vt praemissa debite exe-
quantur efficere. Idque sub Vadiis Summae Centum
Quinquaginta Florenorum Polonicalium, per eundem
Recognoscentem Nobilem Alexandrum Baczynski, vel
eius Posteros, suprascriptis Nobilibus, Hieronimo Pod-
horodecki et Catharinae Turzanska Coniugibus Legi-

timis, sive eorum Successoribus, ob non statutionem supra-
scriptae Nobilis Annae Podhorodecka Consortis suae sta-
tuendae, vel in eventu mortis Successorum illius, ad exe-
quendam praemissa pro tempore et loco superius expressis
ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo
praemisso ad solvendum succumbendo, ac prorsus aliqua
principali ex praemissis non completa complenda Cita-
tus existens memoratus Recognoscens Nobilis Alexan-
der Baczynski vel eius Successores, ad instantiam
suprascriptorum Nobilium Stephani Podhorodecki
et Catharinae Turzanska Coniugum legitimorum vel eo-
rum Posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitane-
ale Praemisliense extunc recessu suprascripto quoad
respondendum spectat mediante, semper in primo Cita-
tionis Termino, tanquam peremptorio, stare, Iuri pare-
re, respondere, et adiunctam praestationem Lucre, Inscriptioni
praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debe-
bit et tenebitur, seque ac suos Successores ad ea
omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum
primum peremptorium et alios omnes exinde consequen-
tes, Causaeque eiusdem Terminos semper peremptorios ve-
ra infirmitate, pro maiori, minore aetate Successorum,
legatione intra vel extra Regnum, servitio militari,
ad munimenta, ad Evictorem vel aliis quibusvis Di-
lationibus et legalibus impedimentis non differendo ad
quietationem praeterea ultra proximos Officii Praesentis
Castrensis Capitanealis Praemisliensis Terminos.
Dilationem Sibi non recipiendo nullasque Motiones
Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac

præmissa omnia Pænis simplicibus vel triplicatis, Euasionibus, Suspensionibus, fatalis Iuris, præscriptione, Terrestri, bello Conuentioneque, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo. Atque sua præsenti personali Recognitione ad præmissa omnia mediante.

Iaworski Consorti Reformat & Statuet eandem

759

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Iacko Iaworski Iehnacowicz, Nobilis Stecko Iaworski, cum Nobili Anastasia Wierzchowska Consorte eius Legitima procreatus Filius, sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni, quoad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognouit, Quia ipse Nobili Dorotheæ Podhorodecka, Nobilis Ar[illegible] Podhorodecki, cum Nobili Catharina Turzanska Consorte Legitima procreatæ Filiæ, suæ vero Recognoscentis Consorti Legitimæ, eiusque Posteris, Summam Quinquaginta Florenorum Polonicalium ratione veræ dotis, et expeditionis post ipsam acceptæ, et in domum suam importatæ, necnon aliam similem Summam Quinquaginta Florenorum Polonicalium ratione certi, veri, iusti et liquidi dotalitii, in et super tota et integra medietate Bonorum suorum generaliter omnium, hæreditariorum